



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An Deo vel sanctis Missam celebрамus. tit. 222

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Tertiò, Deus habet multa media, per quæ dona sua distribuit, ut per fidem, sacramenta, pia operaria gratiam: sic etiam per sanctos tanquam media, &c. Ita commembra sèpè dona sua largitur, sicut septuagesies per manum alterius, ierui aut filii, dat agenti elemosynā. Et sic recte orat ecclesia: Domine Deus, da mihi per meam & B. virginis, S. Perti &c. intercessionem hoc vel illud propter nomen Domini nostri Iesu Christi, multum differunt hæ præpositiones, Per & Propter: Ecclesia tamen, non male faceret, si quædam verba in orationibus sanctorum emendaret, vel propter simplicium fiduciam, aut hereticorum calumniam.

*AN D E O V E L S A N C T I S
Missa celerabmus.*

TITVLVS CCXXII.

C I E N D V M primò, quod confessoribus, martyribus, Apostolis, B. virginis & ceteris sanctis, non ædificamus templum & ecclesiás, sicuti Pagani suis diis fecerunt: nec erigimus altaria, nec corpus eorum ac sanguinē offerimus, aut illis sacrificamus: sed vni Deo & Domino nostro Iesu Christo offerimus sacrificia laudis & gratiarum actionis, quia sanguinem suum pro nobis fudit in cruce, Matthei 27, & quia ipse dixit Matthæi 26. Hoc est corpus meum &c. Hoc enim Christus facere iussit, Luca 22. Ergo Christi corpus & sanguinem offerimus patrionantes ut propter illum nostrum dignetur misericordia. Autem sacrificium alio modo se habet, id est, mysticè, non sanguinolentè, sicut erat in cruce.

Secundò, Memoriam sanctorum facimus solum in Missa, quæ est de Deo, non de sancto: in collectis & orationibus mentionem de sanctis habemus, quorum spiritus

TITVLVS CCXXII. sit

spiritus credimus apud Deum viuere, vt vnā nobiscum Deum exorent, pro cuius fide sanguinem suum dederunt, & parati fuerunt fundere. At substantialia Missæ, id est, consecratio panis in corpus, &c. summo, adoratio, cæmoniæ &c. Christum & solum Deum respiciunt, non sanctos, ideo nulli sanctorum celebrantur Missæ, sed in Missa, quæ Deo fit, memoria sanctorum habetur iuxta deuotionem hominum.

Tertio inquit: Christus iubet solam memoriam seipso facere in Missa non sanctorum, Luc. 22. Hoc facit in meam commemorationem, non dicit, in sanctorum, Respond. Christus iubet comedere & bibere corpus & suum sanguinem Matth. 26, in suâ memoriam, At non comedimus corpus, & bibimus sanguinem sanctorum. Ideo hic fit diuersa & alia commemoratione, nempe sanctorum in orationibus & collectis, & alia in sumptione & potatione sanguinis Christi, sicut non comedimus crucem & mortem Christi, quorum tamen memoriam etiam habemus, dñe. Sed corpus, quod in cruce peperit.

Quarò, quod in honorem sanctorum Deo celebramus Missam, & in Missa illorū nomina, & recitamus, & memoriam habemus: Hæc est ratio: Omnis illa sit pro toto corpore Ecclesiæ, quod vnum est, & Christus caput, 1. Corinth. 12. Ideo in Missa aut gloriam agimus pro acceptis beneficijs, sicuti iam sancti accurrunt regna per fidem, Hebræo. 11. aut petimus misericordiam propter effusum sanguinē Christi. Quacum sancti iam regnant cum CHRISTO, qui sunt commembra nostri corporis; ideo in hoc generali sacrificio laudis & gratiarum actionis illorū commemorationem celebramus, illis congratulantes. Subinde quoniam in Missa rogamus pro misericordia, ideo illos alloquimur, vt vnā nobiscum compre hantur Deum patrē, vt participes nos efficiat meriti sanguinis Christi, vt quoquè ad regna cælorum

KKk 2 in con-

in constanti fide peruenire valeamus. Hæc est piæ & simplex intentio Ecclesiæ, & cæte. Deo igitur, & no[n] sanctis celebramus Missas, &cæ.

Q U A R E R E L I Q V I A S , S E
pulcra, & miracula sanctorum
veneramur.

TITVLVS CCX XIII.



RIMÒ, sanctorum ossa & reliquias ve-
neramur, quia fuerunt instrumenta
per quæ Deus nobis prædicavit fidem
& verbum suum, atque salutis viam o-
stendit. Si enim crucem, vestimenta,
lanceam, clavos Christi &c. veneramur, cum quibus
medijs nos saluauit, cur sanctorum reliquias con-
temnamus & reputemus tamquam vngulas equorum
&cæt. Confortatæ fuerunt mulieres in articulo re-
surrectionis, videntes locum, quæ angelus illis ofte-
dit Marci & Matt. vlt. Sic Apostoli videntes linteum
na in sepulcro Christi, Ioan. 20. & cognoscunt scri-
pturam quod debuit à mortuis resurgere, sic sancti
rum reliquiæ ducunt nos in memoriam beneficio-
rum Christi.

Secundò, Deus ornat sepulcra sanctorum mira-
culis, vt sciamus sanctos nondum mortuos spiritu,
sed viuentes apud Deum, vt sic fides nostra de vita z-
terna, propter Christum & resurrectione conforte-
tur: non ipsi sancti faciunt miracula, sed Deus & sa-
uator noster Christus: sic etiam fecit in vita eorum
ad confirmationem Euangeli, Marc. vltim. vterio-
res reddamur, quod verum Christi euangelium pra-
dicarunt. Sic de miraculis dicit August. lib. 22 de ci-
tate Dei, capit. 9. Omnia miracula, inquit, id est fieri
& facta sunt, propter illum articulum q[uod] Christus vnde
& natus est ex virgine Maria, & mortuus & passus
pro salute nostra, Ideo contra Iudeos & incredulos,